se et suis successoribus reservando seu excipiendo ita uti prout
eadem bona solus tenuit habuit et possidebat tenen habiti
222 possiden. Tenebiturque praefatus Valerius Pantaligki ac se
et suos successores super omnibus bonis suis obligat eundem
Nowosielski et illius successores in bonis praefatis ab omni
quavis iudicia et extraiuridica impetitione omnibusque da-
mnis, iniuriis violentiis et impedimentis quarumlibet per-
sonarum sexus utriusque tociens quociens opus fuerit tueri
defendere evincere eliberare protegere bonaque praefata
munda et libera facere sub simili vadio centum flo-
renorum pecuniae monetae polonicalis. Nihilominus praefatus
Pantaligki se et successores suos super omnibus bonis
suis obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad acta
terrestria praemislien. ad decennale omnis anni transfe-
re transportare similemque vel meliorem recognitionem fa-
cere sub speciali vadio centum flor. pecuniae etc.
pro quo quidem vadio seu vadiis praefatus recogno-
scens cum suis successoribus citatus extra ac iurisditio-
ne sua quavis competen. recedendo coram castren. capita-
neali praemislien. iudicio seu officio in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare parere respon-
dere ac pro praefato vadio seu vadiis omnibus exce-
ptionibus, connexis, praescriptionibus, suspensionibus
motionibus, appellationibus earumque prosequutionibus ad
quittationem dilationibus non petendis vera vel simplici infirmita-
tibus actione pro maiori, poena trium marcarum et
triplici poena ac aliis omnibus gentis dilationibus lega-
libus impedimentis iurisque remediis in partem re-
iectis tociens quociens opus fuerit satisfacere cum suis
successoribus tenebitur. Nulla praescriptione terrae prae-
missis obstan.

Golembiowski reformat consorti

Comparens personaliter coram officio et actis praesen.
castren. praemislien. Nobilis Nicolaus Golembiowski
olim Nobilis Nicolai Golembiowski filius palatina-
tus Pomeraniae a terris pallatinatibus, districtibus iu-
ribusque suis quibusvis propriis foroque competen. recedendo
sui vero praesenti castren. praemislien. iurisditioni se
successores bonaque sua omnia quo ad actum effectumque in-
scriptionis praesentis attinet inviolaran. et subiicien. mente
et corpore sanus existens quia pro expressumque recognovit
quia Nobili Eva Carlowska consorti suae legittimae
summa mille florenorum pecuniae monetae polonicalis ratione
dotis post eam acceptae et aliam similem summam mille florenorum
pecuniae, eius nomine veri et iusti dotalitii in et super tota et inte-
gra medietate omnium bonorum suorum hereditariorum et obligatorum mobili-
um et immobilium ac summarum pecuniariarum in quibuscunque terris et
districtibus regni Poloniae consisten. cuicunque iuri et iurisditioni
subiect. nunc habit. et in post haben. necnon in medietate auri
argenti clenodiorum margaritarum, suppellectilisque domesticae, pe-
cudum vero in medietate omnium bonorum suorum modo quocunque vo-
catorum et nuncupatorum reformat, dat donat, vindicat demonstrat do-
tat dotalitiat et inscribit ita quod ipsa Eva consors sua in
summa praefata dotis et dotalitii simul iunct. uti in summa duorum
millium flor. pecuniae monetae polonicalis bona praefata sibi modo re-
formato inscripta tenebit habebit et possidebit illisque utifrue-
tur cum omni iure dominio proprietate, atque modo et forma aliarum
reformationum in regno Poloniae diutius tentarum et observatarum
Nihilominus praefatus Nicolaus Golembiowski se et suos suc-
cessores super omnibus bonis suis obligat inscriptionem praesentem
ex his actis ad acta terrestria praemislien. ad decennium omnium an-
norum transferre transportare similemque vel si opus fuerit meliorem
recognitionem facere sub vadio mille flor. pecuniae. pro quo quidem
vadio se se praefatus Golembiowski cum suis successoribus citare
promisit extra a terris pallatinatibus, districtibus, iuribusque
suis propriis quibusvis foroque competen. recedendo coram of-
ficio quocunque regni Poloniae in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare parere iuridere ac pro praefato vadio ab
officio ad quodcunque citatus fuerit non recedendo sub aliis simili va-
dio omnibus quaecunque humana inventa admunimini et excogi-
tari possint exceptionibus, connexis, praescriptionibus, suspensio-
nibus, motionibus, appellationibus earumque prosequutionibus, adqui-
stationibus dilationibus non petendis, vera vel simplici infirmitatibus, actio-
ne pro maiori poena trium marcarum et triplici poena legalibus
quibusvis impedimentis, ac aliis omnibus gentis dilationibus iurisque
remediis in partem reiectis tociens quociens opus fuerit satisfacere
cum suis successoribus tenebitur. Nulla praescriptione terrae prae-
missis obstan.

8/ III. Actum in Castro praemislien. feria secunda post
festum sanctae Dorotheae virginis proxima Anno domini
Millesimo quingentesimo septuagesimo quarto. Coram Generoso Vi-
ctorino Kowalski Vicecapitaneo officio et actis

Castellana Voinicien cum Megalowski

Comparentes personaliter coram officio et actis praesen. castren.
praemislien. Magnifica Lydia de Grzowa olim Illustris et Ma-
gnifici Joannis Obrzycki Comitis in Tarnow castellani Voini-
censis Joannis Obrzycki ... et capitanei consortis vidua relicta bo-
norum Sandomirien. ... Jaroslao dillarumque ad id pertinentium heres ex una
necnon oppidi Jaroslao ... ex altera partibus a terris di-
et Generosus Stanislaus Megalowski ex altera partibus a terris di-